

**I**ncipit tractatus de martyrio sanctorum.



**D**ereti mihi ac di-

ligentē pstruanti christiane ecclesie fun-  
damētū et augmentū id mihi potissimū  
martyriū videat. Hocq; nos expiētia do-  
cuit q; martyres magnificentissima tor-  
mētōz tollerātia: mundū in admiratio-  
nem stuporemq; / de inde ad veritatis

hoc est Jesu christi crucifixi inquisitionez: conduxerunt.  
Quo reperto / et illius crucem baiulare / et exquisitissimas  
mortes subire: vt illius sanctissimum nomen vbiq; pro-  
fiterentur non dubitabant. Sicq; factū est vt cum terribi-  
liora tormenta demon excogitasset: et magnas psecutio-  
nes vndiq; cōmoueret: rursū plures in pfectionē sacre  
fidei prumpebāt. Et cū preciosissimo sanguine dñi nostri  
Jesu christi / primo genus humanū redemptū sit: sui mili-  
tes: ac discipuli ducē suū et magistrū sequētes iertimabi-  
lis sanguinis effusione: illius ecclesiā et fundauerūt et au-  
xerunt: substētarūtq; mirabiliter: quousq; sanctissimū su-  
um nomē: illiusq; sanctā crucē imperator romanus aliq; q;  
mundi pncipes ad eorū gloriā suis frōtib; impresserūt.  
Quibus cōfusus demon peiora excogitauit: et nouas ter-  
ribilesq; hereses inter christianos seminauit. Et et perse-  
cutiones peiores hoc est a nomen xpi pfitentib; in chri-  
stianos fierēt. Sed dedit deus sapientiā sanctis suis: qui  
et scripturis sanctissimis: et fortissimis disputationib; he-  
reses exterminarūt. Et reddita ecclesijs pace: creuit vn-  
diq; mirabilē seruentiū deo numerus: vt celū nō sit stel-  
lis ornatū sicut egypti deserta sanctissimis monachis re-  
plebant: vt scripsit Chrysostomus. Que admirat; anti-  
quus hostis: ac territus: alias fraudes adinuenit. Nun-  
di illecebras volentib; deo fuire fraudulentē pacis ocio  
suggerebat. Inertiam ac sacroz libroz iam inutilē studi-  
um suadebat. Inter christianos interim pncipes nouas

psal. lviij. Dns dabit  
xobiz. euad. g. e. z. t. b. g.  
v. v. t. e. v. m. l. t. a.

l. v. f. o. s. t. o.

a ij

LANDES-  
UND STADT-  
BIBLIOTHEK  
DUSSELDORF



discordias seminabat: et sicut iam victor exultans: tam clericos quam etiam monachos ad diuersas secularesque contentiones coaduxit. Inde nata sunt inter christianos odia: contentiones: nata est ingens auaritia: ac luxurie omnisque inuidie omnia iam repleta. Nec his contentio demon: ob hec tanta christianorum scelera permissum sibi a deo excogitauit peiora ac terribilioza posse iam exequi. Nouam legem seruo suo **Moameth** dictauit: illumque magnum prophetam dixit. Et quod per tunc christianorum fere omnium sacrarum scripturarum inscitiam non ignoraret: quia tamen hoc successu posse fieri cogitauit ut diuinis scripturis et fortissimis disputationibus falsam legem ad deceptos sequaces ostenderet: hoc principale prouidit in falsa lege fore preceptum necessarium: ut non disputationibus sed gladio illam sequentes defederunt et auerterent. Sicque maximam orbis partem possedit. Et cum christianorum charitas ut plurimum frigerit: nec iam quisquam pro gloria dei utilitateque primorum mori velit: crescut illi quotidie: nec remedia iam querimus: sed velut inertes/nec mala nostra curantes/iusto dei iudicio ruinam quotidie expectamus. **Uerum** angelicus vir ac vere seraphin franciscus amore Iesu christi succensus: proximorum salutem totis visceribus sitis: hoc clarissima luce prouidit: quod nulla re magis quam martyrio et cruce Iesu christi illorum perfidia perfundi poterit. Ideo in regula et vita quam reuelante deo sibi et fratribus suis descripsit: pro ipsorum infidelium salute et conuersione consulit: ut peregrinationi/laboribus et erumnis non parcat: sed martyrio se exponat: ac offerat. Nec minus ipse igneis affectibus et insatiabili charitate inflamatus martyrium concupiuit. Ad saracenos etenim transfretauit: et que a deo illi permissa sunt predicationibus et miraculis gloriose perfecit. Sed illum ad alia seruauit deus: ut plures ad rem hanc animaret eumque mundo exemplum mirabile paupertatis et charitatis ostenderet: voluitque illum non per carnis martyrium: sed per incendium mentis totum in christi crucifixi similitudinem transformari. Attendite igitur christiani fideles: quod non armis/non

**Moameth.**

**Franciscus.**



curribus: non diuersorum generum propugnaculis illorum infidelitatem facilliter vincemus: qui quotidie ob nostra peccata nos superant ac conculant: vendunt: et sine martyrio occidunt. Sed sanguine potissimum nostro: et cruce Iesu christi: ut come totus mundus primo conuersus auctus et sustentatus est: sic ad nomen christi eodem martyrio recuperare poterimus. Illud ergo pro christi gloria primum appetam quo Iesu christi sanctissimum nomen certissime magnificabitur: quod heu christianorum obprobrium ab impijs infidelibus quotidie blasphematur: et nos miseri sine iniuria sufferre videmur. Accipiamus crucem domini et inde proximos ad christi cultum pro posse conuertamus: quia hec via est: nec alia aliorum reperiri potest. Hec nos ad veram vitam conducat: coronisque triumphalibus et rubentibus floribus miri eternisque odoris cointertis perpetuo coronabit. Et ut ipsius martyrii viam ac processum vnusquisque cognoscere possit: aliquid de ipso per ordinem tractabimus: sanctorum auctoritatibus et martyrum exemplis confirmantes. Videbimus etiam primo.

**Quid est martyrium.** **Ca. j.**

**Qua ex causa. Et a quo ortum habuerit martyrium. Et unde dicatur.** **Ca. ij.**

**Quot sunt genera martyrii.** **Ca. iij.**

**Quot modis perficitur martyrium.** **Ca. iiij.**

**Que decorant seu magnificant martyrium.** **Ca. v.**

**Quibus virtuosis dispositionibus martyrium est suscipiendum.** **Ca. vi.**

**Quibus respectibus debemus semper promptos esse ad martyrium.** **Ca. viij.**

**Quod nemo impudenter et sua virtute confidens nisi tractus a deo presummat accedere ad martyrium.** **Ca. viij.**

**De gradibus martyrii.** **Ca. ix.**

**De premijs martyrii et paradiso. Boameth.** **Ca. x.**

**Refutationes argumentorum: que contra huius temporis martyrium fieri solent.** **Ca. xi.**

**De impedimentis retrahentibus nos a martyrio.** **Ca. xij.**



De his q̄ xp̄s negaſt q̄ mō debēt redī ad p̄nāz. *Ca. xiiij.*

De crebra iuocatiōe nomis Iesu tpe martyriū. *Ca. xiiij.*

Qui sunt abiles ad martyrium. *Ca. xv.*

An fr̄es minores p̄ ceteris obligēt ad martyriū. *Ca. xvj.*

Quis mod⁹ habēd⁹ his q̄ ignorāt linguā eorū infidelīū ad q̄s charitatis ⁊ martyriū ardore accedere cupiūt. *Ca. xvij.*

Excusatio eius q̄ libellū hūc cōposuit. *Ca. xvij.*

**Q**uid est martyrium. *Ca. i.*

**V**enientes igit̄ ad primū dicimus: **M**artyrium est passio: quā quis p̄ dei omnipotētis gloria ⁊ sui ipsius ac proximi salute/discrete sustinet. **N**ō em̄ quicūq̄ aliquid quīs asperrimuz patiat̄: martyr dici debet. **E**t apostolorū princeps Petrus in sua epistola ait: **N**emo enī vestrū patiat̄ quasi homicida: aut fur: aut maledic⁹: vt ⁊ latrones q̄ cū xp̄o cruci affixi fuerūt. **E**t qui ob aliā causam q̄ pro gloria omnipotentis dei patiunt̄: martyres dici minime debent. **N**isi forte eius cause martyres dicantur p̄ qua patiunt̄: vt et plurimi mercatores qui pro tpali lucro pessima queq̄ et aliquādo mortē incurrūt. **S**eculares similiter milites: q̄ nō p̄ christo/sed p̄ mercede / stipendijs ⁊ aliquando inani gloria: discrimina belli ac mortē incunt. **Q**uod mirabile christianis phdolor est: quorū plurimi pericla ⁊ mortes pro rebus transitorijs subire nō formidāt: q̄s omni formidine ⁊ arrogātia posse se pati pro christo excusant: q̄ premium illis cōdonaret eternū. **Q**uare xp̄i ruit ecclia nec ē qui reedificet: aut saltē illā sustentare velit: hoc putriduz corpus qd̄ n̄m non est sed vermiū timentes pdere. **E**xp̄giscamur igit̄ a somno dormientes: ⁊ inertem vanāq̄ excusationē repellam⁹: non esse scilicet nūc temp⁹ martyriū: qd̄ nō minus cōgruū existit deficiēte iam fide: q̄ crescente antiquitus fuerit. **E**t vt cōcludā cū Chrysostomo: **S**i post modicū morituri sumus: quare ante modicū in causa dei cū gloria nō morimur: vt fiat volūtariū qd̄ futurū ē necessariū. **I**nsup ⁊ martyriū qd̄ ad dei laudē suscipit et ad salutē suscipiēns deuēiat ē necesse: xp̄o dicēte in Apo

Chrysosto.